



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 51. Mors Gregorii IX. ac Cœlestini IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](#)

Sæcul.XIII. A.C. 1241. *pam ad ineundam nobiscum pacem, & ad
destituendos Italos contra Imperium rebellis
permovere conati jam sumus! Sed impoten-
tem animi motum sequens, milites contra
nos ad sacræ crucis exercitum conscribi jussi,
qui adversum Tartaros vel Saracenos mit-
tendus erat. Porro Tartaros per explora-
tores omnem in partem missos compertum
dissidium nostrum, ut nos invaderent, stimu-
lavit. Si absque obstaculo Germaniam in-
trarent, haud diu expetandi reliquis esset
Principibus. His quoque ejusmodi epi-
stolas misit Imperator; & in illa, quam
ad Galliæ Regem scripsit, addebat: Mi-
ramur Gallos tam sagaces non præ cœteris
perspexisse Papæ artificia, cuius arrogantia
insatiabilis Christiana Regna omnia sibi sub-
jicere cupit, & Angliæ corona pedibus ob-
trita Imperium oppugnat.*

§. LI.

Mors Gregorii IX. & Cœlestini IV.

Ric. S. Ger. Fridericus urgebat iter Romam versus,
p. 1036. quo eum Cardinalis Joannes Colu-
mna invitaverat, qui eodem mense Julio
Papa relicto Præneste profectus aliqua
Romanis loca eripuit, & copias ab Impe-
ratore accepit. Is autem mense Augu-
sto Tibure in ditionem redacto, Romæ sem-
per magis appropinquans, occupatis qui-
busdam Coenobii Fabaritani castellis ad
Cryptam

Cryptam Ferratam castra posuit, unde Sæcul.XIII.
Romanum vastabat agrum. Tum audiit A.C.1241.
Papam Gregorium IX. e corpore excessisse 20. Augusti an. 1241. Pene centenarius erat, summum Pontificatum 14. p. 510. Matth. Par.
annis quinque mensibus gesserat, & in Petr. Vin. Vaticano sepultus est. De obitu ejus Im. I. ep. II.
perator cunctos ad Principes epistolam scripsit, in qua suum Gregorii odium non dissimulat, successoremque pacis amantiorem eligi cupit.

Romæ decem Cardinales aderant: duos in mari captos, scilicet Jacobum Episcopum Prænestinum, & Ottoneum Diaconum ad S. Nicolai, Apostolicæ Sedis Legatos Imperator in carcere detinebat. Illi decem miserunt Oratorem, qui ipsorum nomine Cæsari supplicaret, ut Legatos ea, qua vellet, conditione dimitteret, Romam ad electionem Papæ venturos. Annuit Fridericus ea lege, ut in carcerem redirent, nisi Otto in Papam elegiretur: & generatim permisit, ut absentes Cardinales omnes hoc fine Roman peterent. Interea decem præsentes coierant quidem; sed diversa tulerant suffragia: quinque Godefridum Mediolanensem Episcopum Sabinensem elegerant, tres alium, Romanum nomine, qui Cardinalis ad S. Angeli fuerat, & tunc Episcopus Portuensis erat, cooptaverant. Imperator Godefridum admisit, Romanum rejicit,

Alb. Stad.

Chr. 1241.

Ug'hell. to. I.

p. 154.

Sæcul. XIII. rejectit, quia hic malam existimationem in
A.C. 1241. Gallia tum ob iurgium cum Universitate

Parisiensi habitum, tum ob iniquos rumo-

Sup. Lib. res, de sua cum Regina Blanca amicitia

LXXIX. sparsos contraxerat, & præterea, quia

§. 13. dissidium inter Aulas Romanam & Impe-

ratoriam aluisse dicebatur. Utraque e-

lectio erat irrita, quod neutra duas tertias

suffragiorum haberet, ut per constitutio-

nem Alexandri III. necesse fuit.

M. Par.

p. 512.

Cardinales, cum ita dissentirent, tum
 quidem discesserant: dein vero post plu-
 res disceptationes duobus electis jure suo
 cedentibus exeunte Octobri in suffragia
 rursus itum, & Papa declaratus est Car-
 dinalis Godefridus novo nomine Cœle-

Ric. S. Ger. stinus IV. Bonis moribus & doctrina
p. 1037. 1038 conspicuus erat, at senio confectus, ita,

ut sequente Novembri mortem oppeteret
 in Vaticano, cum Sedem Apostolicam se-
 decim tantum diebus tenuisset. Suspi-
 cio fuit, veneno necatum esse. In S. Pe-
 tri sepultus est; moxque Cardinales ali-
 qui Roma Anagniam fugerunt.

§. LII.

Vacatio sanctæ Sedis.

Abb. Stad. Interregnum supra annum octo pene
an. 1242. mensibus duravit ob Cardinalium dis-

Matth. Par. fensionem, quæ eos aliorum iudiciorum ex-
p. 518. ponebat. Sex autem septem restabant Ro-

mæ;